



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ociositas mala sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Ascendam ad terram absque muro.  
 Veniam ad quiescentes, & habitantes  
 securè. Verbum est diaboli, homo  
 uerò occupatus est uelut castrum  
 bene clausum. Vnde P. Augustinus.  
 Non facile capitur à tentatione, qui  
 bono uacat exercitio. Quarto pro-  
 pter multa mala quæ ex hoc uitio ori-  
 untur. Vnde Ecclesiasticus. Multa  
 mala docuit ociositas. Et Bernardus.  
 Omnium temptationum & cogitatio-  
 num malarum & inutilium sentina est  
 ocium. in sentina nauium recipiunt tur-  
 fordes, sic cor ociosi quasi omnes sor-  
 des uitiorum recipit. Sed uide se-  
 quentia.

*Ociositatis mala sunt quatuor.*

**P**rimum est Luxuria. Exemplum  
 Dauidis habetur, qui dum occu-  
 patus fuit bellis, continens fuit,  
 tempore uero ocij adulterium comi-  
 sit. Vnde Quidam Poeta ait. Queritur  
 Egistus quare sit factus adulter: in pro-  
 ptu causa est. desidiosus erat. Et Eze.  
 Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis  
 tuæ. Superbia, saturitas panis, &  
 abundantia, & ocium ipsius. Secun-  
 dum est uerbositas & curiositas, &  
 etiam nugæ. Bernardus. Ociositas

Auguf.

Eccl. 33  
Bernar.

Eze. 16

Bernar.

I  
 est mat  
 stas. Pr  
 arare no  
 tem, &  
 est ma  
 &c. Q  
 scientia  
 pigri tr  
 ti, & ec  
 & oper  
 materia  
 sapiens  
 conium  
 mortifi  
 test ma  
 &c. di  
 superb  
 non su  
 tenuit

Ob  
 P  
 t  
 aliquis  
 seruat  
 in se ip  
 nem n  
 niemus

est mater nugarum. Tertium est, ege-  
 stas. Prou. Propter frigus & pigritiã  
 arare noluit, mendicabit ergo ege-  
 statem, &c. Idem. egestatem operata  
 est manus remissa, manus uerò fortis,  
 &c. Quartum est mortificatio con-  
 scientiæ. Prou. Per agrum hominis  
 pigri transiui, & peruineam uiri stul-  
 ti, & ecce totum repleuerant urtice,  
 & operuerant superficiẽ eius spine, &  
 materia lapidum destructa erat. Vnde  
 sapiens. Ocia nullus amet, nisi sint  
 coniuncta labori; nam nimia requie  
 mortificatur homo. Quæcunque po-  
 test manus sua instanter operare,  
 &c. dicit Ecclesiasticus. Quinta est,  
 superbia. Psal. In labore hominum  
 non sunt, &c. Vnde sequitur. Ideo  
 tenuit eos superbia.

Pro, 20,

Idẽ, 10,

Pro, 24

Ecc1 9,

Psa, 72,

*Observatio mandatorum dei  
 quinque bona facit.*

**P**rimum est, quia obseruatio mā-  
 datorum dei amicitiam & socie-  
 tatem dei acquirit, quam diu  
 aliquis mandata dei custodit, & ob-  
 seruat, deum habet secum, & etiam  
 in se ipso. Io. Qui diligit me, sermo-  
 nem meum seruabit, & ad eum ue-  
 niemus & mansionem apud eum facie-

Io, 14,